

nis, quæ est necesse nouitium exercere, & experiri; vel quæ possunt onerosam reddere religionem, &c. licet oneri incumbens non iustus illic delectet, aut saltem difficultior erit persequenda. Quæ ratio cum non militet in votis illis, quæ nec obstant religionis exercitiis, nec illam aggrauant, non est cur suspensio possit hæc suspendere. Ut si votum sit seruandi præscripta in regula, aut seruandi præcepta Dei, aut Ecclesiæ. Et ita docent Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. nu. 37. Suarez dicit prædicta de voto, lib. 6. c. 7. n. 12. & c. 11. nu. 3. Et amplius constabit ex dicendis n. 37. ubi probauimus priora vota suspendi ipso iure.

33 Id tamen monerim posse aliquando accidere, ut est votum per se, ac inapte natura, non obstat religionis exercitiis, nec illam aggrauat; at per accidens id efficiat, & tunc poterit superior similiter suspendere. Verbi gratia, promissit nouitius seruare silentium regula præscriptum, aut interesse sacro, aut horis canonicis, ut præscribit regula, quamuis ex se hæc vota non aggrauent religionem, nec impediunt eius exercitia; at postea inde tot scrupuli in nouitio oriri, ut se inceptus esset religionis exercitiis, aut multo grauiora redderentur; & tunc posset suspendere superior. Quia militat ratio tradita n. præc.

34 Alia etiam ratione poterit suspendi votum nouitii, nempe, superiore occupante illum tempore quo votum personale impletur erat, aut ex iusta causa interdicente materiam promissam. Quia prælatus quous tempore nouitium occupare potest, & ut permoneat, oportet ipsum obediens. Quare tunc temporis id votum, & oportet ipsum obediens, utpote quod obsequium commode requirit cum obseruantia regulari. Nec tenetur tunc nouitius petere licentiam implendi, nec manifestare votum. Quia ad neutrum se explicat, aut implicitè obligat. Sicut ob hæc rationem c. 5. n. 26. idem diximus in votis profesorum. Nec credo peccare superiores, qui consensu votis personalibus compatibilis cum obseruantia regularibus, tunc nouitium iusta ex causa occupauerit, materiam prohiberet. Quia ea vota personalia non ardeant ipsum superiores, quominus nouitium omnino tempore occupare queat, aut aliqui ipsi iustè prohibere.

35 Atque idem, quod diximus de prælato religionis respectu nouitiorum, credo etiam verum de magistro nouitiorum, poterit enim similiter suspendere vota, quæ diximus posse prælatum suspendere. Quia est verè eorum superior, & ipsi specialiter, & immediatè incumbit regimen nouitiorum.

36 Ex dictis deducitur, realia nouitiorum vota non posse suspendi. Quia nullatenus obseruantis regularibus obstant, aut jugum religionis aggrauant. Sic Palud. D. Antonis. Sylo. Lindo. Lopez allegati n. 3. in Azor. tomo 1. in iustit. moral. lib. 1. c. 17. quæst. ultimas, & cap. 19. quæst. 21. Leonard. lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. n. 37. Suarez ead. lib. 6. c. 7. n. 12. Exillimo tamen in peculiari aliquo casu posse etiam suspendi, quamuis regulariter nequeant. Causa autem erit, quando religio aut non ministrat nouitis alimenta, aut non sufficientia, & nouitius indigeret bonis, quæ habet ad se alendum, illisque expensis in voti executione, redderet multo onerosior religio, deficientem necessaria sustentatione. Quia tunc militat ratio tradita n. 52. de votis profesionalibus.

37 Imò vota impediencia impleri opera religionis voti suspensa ipso iure, & quasi lapsa, & sic non obligant, dum nouitius manet in religione. Quia cum multo melius sit pro tunc nouitius exequi religionis opera, ut religionem experiantur, ipsique satisfaciendes admittantur, vota hoc impediencia nequeunt pro tunc obligare, utpote quæ majori bono implendo obstant. Atque ita docent Paludanus, D. Anton. Sylo. Lindo. Lopez, relati n. 21. Azor. q. 21. cap. Leonard. citati n. præc. Alcocer summa c. 16. ubi de votorum commutatione, c. 16. l. 57. columna 2. Sayroin clauis regia. l. 6. cap. 10. num. 15. Manual. 2. tomo summa c. 89. num. ult. idque significat Suarez ead. cap. 7. num. 12. dicens probabile esse de se tunc non obligare, tamquam impediencia maius bonum. Dico autem id significare, quia statim subdit hæc verba: Si prælatus iubeat non seruari, sed sequi ordinem religionis. Quæ conditionalis videtur deservire, quod prius significat; si enim hoc superioris præceptum exigit, non sunt suspensa ipso iure. Et ideo id non exigi existimo, sed ipso iure suspensa esse, & pro tunc non obligare. Quia votum nunquam potest majori bono obstat. Atque hoc existimo verum non tantum, quando pro se impediunt, & reddunt jugum religionis multo grauius, sed etiam, quando per accidens id efficiunt modo explicato num. trigésimo tertio. Quia militat eadem ratio.

38 Nec discrimen aliquod est statuendum, quod ad omnia dicta de nouitiorum votis, siue ea in nouitiatu, siue in saculo emissa sint. Quia rationes traditæ militant æque in utriusque votis. Et ita docent Suar. eodem lib. 6. c. 11. n. 93. & Azor. eodem cap. 17. qu. ultim. loquuntur expressè etiam de emissis in saculo, & cæteri Doctores indistinctè loquuntur de votis nouitiorum.

39 Cum autem prædicta vota non verè irritentur, sed tantum suspendantur, reuincant, ac obligant nouitio egresso religione tempore nouitiatu. Quod aperte tradunt omnes Doctores citati, quatenus sunt ea suspendi pro nouitiatu tempore. Et in propriis terminis tradunt Ludov. Lopez. n. 21. citatus, Suarez utroque loco, & Leonardus relati n. 32.

40 Hoc tamen intelligendum est, nisi vota essent aduersa temporis, vel illi statui, ex volentis intentione, tunc enim eo tempore tranfusa, & statuta relicta, non obligant vota, non est quoddam irritata sint, sed per lapsum temporis, quo obligant. Quod per se est notum. Et tradit Suarez eodem libro 6. cap. 11. num. 9.

41 Tandem ad vitandos scrupulos sanum consilium erit, ut auctoritate prælati, aut propria commutentur ea vota in opera nouitiatu exequenda: quod intelligitur est eo modo, quo in tractatu de votorum commutatione dicimus posse auctoritate superioris vota nouitiorum, & quæcumque propria auctoritate commutari. Quod bene docent Manual duplici loco, quem n. 28. retulimus, Alcocer relatus n. 37. Leonardus lib. 2. de iustit. c. 40. d. 10. n. 37. & d. 11. nu. 93. Qui in hoc posteriori loco bene ait, id etiam esse verum de votis realibus. Quia cum per ea tamquam parti non intima nullum jus acquiritur tibi, possunt eodem modo, quo personalia commutari. Ut suo loco dicemus. Est tamen maxime aduertendum, quando absolutè sit commutatio in nouitiam vota opera, cum hæc sint incerta, cò quod potest nouitius egredi, nec possint extra nouitiatum ea impleri, hæc esse considerata, ut iudicetur æqualitas cum re promissa; ut vel præscribantur opera, quæ eo egresso possint impleri, & voto æquivalent, vel si votum habeat tranfusa necessarium, ut quotidie, aut octavo quoque die recitandi, aut jejuniandi, fiat commutatio pro solo nouitiatu tempore.

42 Hinc deducitur, qualiter sit intelligendum, quod tradit Leonardus d. 11. num. 93. ubi dicit vota sic commutata reuincant eo egresso religione. Quia (inquit) pro solo nouitiatu tempore commutatio facta est. Quod intelligendum est, nisi id votum fuerit alligatum temporis, idque tranfusa sit; iuxta dicta num. 40. Præterea intelligendum est, quando commutatio facta est pro solo nouitiatu tempore, quod regulariter accidit, et illi existimo in dubio presumendum. At si commutatio fuit omnino absoluta, quod ex materia subrogata loco prioris voti constabit, nempe, quando erat talis, ut etiam in saculo impleri commode posset, nec mentio nouitiatu facta sit, nulla supererit obligatio prioris voti, sed materia; in quam facta est commutatio, si nondum impleta sit.

CAPUT XXXIV.

Qualiter utriusque coniugi potestas sit irritandi vota alterius?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint? n. 1. An vir possit omnia uxoris vota, præter quàm castitatis irritare? Refertur quædam sententia, n. 2. Explicatur sententia Auctoris, & simul solvantur contraria, numero 3. Quid, si vir, aut uxor mancipia sint? n. 4. Quid de voto uxoris emisso in subsistitum Terre sanctæ? n. 5. Quid de votis emissis matrimonio rato, nondum consummato, animo ad religionem tranfundi? n. 6. Quid, si vir fornicationis reus sit, aut e contra, an præuocetur hec irritandi iure? n. 7. Quid de votis emissis ante matrimonium, vel tempore alterius matrimonii, vel tempore divorcii, aut si facta sint tempore matrimonii, & est divorcium, aut tempore, quo uxor impubes erat sub patris potestate Remissæ, n. 8. Post n. 8. inuenies alia summaria.

1 Triplex est quæstio disputanda. Prima, de potestate viri ad irritanda omnia uxoris vota, præter votum castitatis. Secunda, de voto castitatis. Ultima, de potestate uxoris ad reddenda irrita vota viri.

2 Quæstio prima. An viro ius sit omnia uxoris vota irritandi, præterquam castitatis? De qua quæstione, egi latè, & clarè, lib. 6. de matrim. disp. 39. & ideo summam referam, remittendo illuc rationes, & Doctores. Pundus difficultatis eò pertinet, an uxor subdatur viro, quod ad solam materiam promissam, nam tunc sola vota de materia promissa præiudicant viro poterit illi irritare, et potius etiam subdatur quo ad voluntatem, sicut impubes patri, vel tutori, vel religiosis prælato, tunc enim poterit omnia uxoris vota irritare, inlar horum. Duplex est sententia. Prior (que est valde probabilis) tenet uxorem ratione solius materiae promissæ subdi viro, ac proinde virum sola vota præiudicantia sibi, ac domesticæ gubernationis, posse irritare reddere. Huius sententiæ fundamenta, & Auctores retuli ea disp. 39. nu. 5. Et præter Doctores ibi allegatos, eam sustinent Leonardus lib. 2. de iustit. cap. 40. d. 10. nu. 83. Azor. tomo 1. in iustit. moralium lib. 1. c. 16. qu. ultima, & cap. 17. qu. 22. Sayroin clauis regia. lib. 6. cap. 5. num. 8. & c. 10. n. 19. Llanas methodo curatioms 3. p. cap. 4. §. 23. Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 3. c. 6. num. 26. & l. 16. c. 4. n. 4. Qui fortificando rationes aduersarias ibi allegatas, probat hæc sententiam. Quia subdectio uxoris ad virum ex solo matrimonii vinculo nascitur, & est illi commensurata. Sed vi talis vinculi sola sequitur subdectio necessaria, & conueniens illi statui, nempe, usus matrimonii,

ni, educationi prolis, gubernationi familie, media enim sunt proportionata fini, & effectus commententur causæ. Ergo dependentia, & subdectio in votis secundum se, & ex parte voluntatis non sequitur extramrimonii vinculo, sed sola subdectio ratione materiae. Et confirmatur, quia subdectio uxoris ad virum non est absoluta in rebus omnibus; ergo continetur intra dictos limites, nullo enim alio modo rationabiliter debere poterit. Et confirmatur secundo, quia nonquit vir prohibere suo arbitrio uxori omnia opera supererogationis, nec potest præcipere quicquid liberet. Ergo nec potest tollere vota ex eo solam, quod voluntarium obligationem afferunt. Secundo, quia Deus non amplius subdidit uxorem viro, quam naturalis ratio postulat, attento matrimonii vinculo, & naturali utriusque coniugis conditione. At mulier non ita discretione caret, ut nequeat prudenter, & validè uouere; aliis omnia vota feminarum possent à patre irritari. Ergo uxor non subditur viro quo ad omnia vota à se emissa.

3 Posterior sententia (quam ea disp. 39. num. 4. amplexus sum, & nunc quoque amplector) ait uxorem subdi viro, non tantum quo ad materiam promissam, sed etiam quo ad voluntatem gubernandam: atque ideo integrum esse viro omnia eius vota irritare, etiam si sint de rebus necessariis, ut de non mentiendo, sicut pater potest omnia impuberis, & prælati omnia religiosi. Cujus sententiæ sunt D. Thomas; Durandus, Glossa, Gratianus, Major, Sotus, Brunellus, Alcocer, Siveira, Emmanuel Sà, Aragon. Manuel, Vega, quos omnes retuli eo n. 4. Et solùm moderate elemosynæ votum excipientes, Abbas, Paludanus, Supplementum Gabriolis, Resellus, quos ibi retuli. Et Angles ibi etiam relatus solam votum de rebus necessariis excipientes. Et præter Doctores ibi relatos, hæc clarè tenet D. Bonavent. 4. disp. 32. in expositione litteræ n. 4. ubi ait virum non posse irritare votum continentie uxoris: eò quod in hoc sint pares; & statim subdit hæc verba: Nec est simile de voto abstinentie pro eo, quod quantum ad omnia præcepta viri uxoris, præterquam in hoc ser. Ecco quam apertis verbis omnia uxoris vota subdi viro, præter votum continentie, de quo non est tunc iure, sed à numero nono dicemus de illo. Eandem tenent Avulensis cap. 30. Numer. 9. 65. in solutione ad 2. Petrus de Leshomo explicans cum aliis, quos eo n. 4. retuli, est id votum sit de preceptis seruandis, tomo 2. summa tract. 10. cap. 7. d. 10. ultimo, d. 2. Atque dicit probabiliter Leonardus numero præcedenti relatus, & idem dicit Ludovicus Lopez, scriptor eo numero 4. retuli, ubi hæc sententiam testimonio Quæritur, & sanctorum, & rationibus probauit; & ibi num. nono, solui rationes contrarias. Et probatur modo fortificando rationes ibi propositas, & simul respondendo contrariis numero præcedenti propositis. Quia lex, & finis matrimonii maximam pacem, maximumque amorem inter coniuges postulat, atque rectam filiorum educationem, & domusque gubernationem, & libidine exigunt, uxorem subdi viro in necessariis ad hæc conseruanda; ut autem hæc perfectè conseruentur, necessaria fuit plena voluntatis uxoris subdectio viro, quo ad nouas obligationes sibi imponendas, possent enim inde oriri discordiæ. Et sic Gen. 3. absolutè dicitur uxori à Deo: Sub viri potestate erit, & ipse dominabitur tui. Et ad Ephe. 5. Mulieres viris sint sicut Christus, sicut Ecclesia, quantum vir caput est ecclesie, sicut Christus caput est Ecclesie, sicut sunt Ecclesie subiecta est Christus; ita & mulieres viris sint in omni re. Ubi pondero subdectioem in omnibus viri, & tamquam eius capiti. Sicut enim omnes corporales adiones capiti subdantur, ab eoque gubernantur, ita omnes adiones uxoris viro, ut ab iplo gubernentur. Et confirmatur, quia ficut reata spiritalis gubernatio religionis postulat voluntatem subditorum subdecti prælato in omnibus obligationibus additis; nec huic plenè subdectio obstat, & sic secundum regulam, nec omnia opera supererogationis possit ad solam prælati libitum interdici; ita etiam reata, & pacifica gubernatio domus, educatio filiorum postulat plenam uxoris viro in omnibus subdectioem, quo ab obligationes nouas sibi imponendas, ne votis imprudenter factis perturbentur pax, & reata gubernatio domus, & filiorum educatio. Nec huic plenè subdectio obstat, virum non posse præcipere, nec interdicere omnia. Nec obstat etiam, in religione directionem esse ad finem spiritualem, ad quem pertinent vota. Ad directio uxoris est ad finem temporalem. Non, inquam, obstat, quia esse finem spiritualem est valde extrinsecum irritationi votorum, que est actus potestatis dominantis; & sic poterit potestatem impuberum vota irritare, quamuis eius superioritas ordinetur ad gubernationem domesticam. Et confirmatur amplius, quia multo maiori potestate potestatem irritandi vota eorum, sicut fuit necessarium consilium imprudentiæ nuptiarum. Atque de factò consilium esse constat ex testimonio Scripturæ citatis, ubi in omnibus uxor subdectur viro. Et in cap. trigésimo Numerorum, eodem prorlus modo, & sub eadem verborum generalitate dicitur vota uxoris non esse firma absque licentia viri, ac vota puella existentis in parentis domo, sine consensu patris. Sed dices, hæc eadem ra-

tiones posse habere locum in feruis respectu dominorum. Respondeo, disparè valde esse rationem, quia feruis non est vinculum perpetuum, sed potest facillè seruis domo expelli, nec est locus ad gubernationem domus, & ad prolem educandam, & ideo non oportuit illum ita subdecti domino, quo ad obligationes sibi imponendas, sicut uxorem viro; quæ quod ad hæc est focia, nec potest expelli.

4 Nec in hoc discrimen aliquod constituto inter coniuges liberos, aut feruis, potest enim maritus, siue feruis, siue liber irritare omnia uxoris vota, siue liber, siue ancillæ. Quia ex matrimonio eadem potestas consequitur inter feruis, ac inter liberos, præterquam inter feruis, ad impediendum debitum dominis obsequium. Quæ exceptio potestati irritandi omnia uxoris vota non obstat, cum irritata vota non impediatur obsequium domini.

5 Hinc primo à quibusdam excipiunt votum uxoris emisso in subsistum Terre sanctæ, dicentes id à viro non posse irritari cum hac tamen limitatione, si uxor non sit iunior, & suspecta de incontinentia, sique ita locuples, ut gentem armis munitam secum deducere possit. Hos Doctores, & eorum fundamentum retuli lib. 9. de matrim. disp. 4. num. 17. Verum cum aliis Doctores ibi probauimus contrarium. Et præter Doctores ibi citatos, tenent Sayro in clauis regia, libro 6. cap. 5. num. 10. Suarez tomo 2. de relig. tractatu de voto, lib. 6. cap. 5. num. 15.

6 Secundo possent excipi vota ab uxore emissa matrimonio rato, nondum tamen consummato, eò quod nondum plenam uxoris possessionem tempore voti maritus habuerit. At sic distinguendum est. Si id votum sit religionis absolutè emissum, aut pro tunc implendum, constat, nec posse à viro irritari, nec suspendi. Quia tenetur uxor initio viro non consummare matrimonium, sed votum implere ingrediendo religionem. Si autem emittatur implendum tempore soluti matrimonii, poterit à viro irritari, iuxta opinionem, quam retulimus cap. 27. numero 2. dicentem, vota uxoris facta in tempore libertatis, posse à viro irritari, at reuocata opinionem, quam nonnulli ibi numero 3. tenuimus, dicente non posse ea irritari, dicendum est, nec hoc posse, utpote quod in tempore soluti matrimonii est factum. Atque nec posse irritari exillimo, utriusque modo sit factum, licet postea consummetur matrimonium, & sic nequeat pro tunc impleri votum, ut promissum fuit, sed manebit pro tunc suspensum, donec illud exequi liceat, sicut si votum religionis factum esset ante matrimonium. Quia cum tempore, quo emissum est, nullam habuerit imbitam conditionem pendentem à viri consensu, nequit postea irritari; iuxta regulam à nobis traditam cap. vigesimo sexto, numero quinto. Si autem alia vota tunc emissa, implenda in religione, nequeunt similiter irritari, utpote quæ facta sunt in tempore libertatis; sed cùs si sint tunc implenda. Quia constante matrimonio pendent à viri consensu. Atque utrumque agens de voto castitatis tenet Sayro in clauis regia, libro sexto, capite 5. numero duodecimo.

7 Tertio alii excipiunt, nisi vir notoriam fornicationem corporalem, aut spiritualem admiserit, tunc enim dicunt non posse virum irritare vota uxoris etiam sibi præiudicantia. Sic Grassi. l. p. decisioem, lib. 2. cap. 29. num. 28. summa & posse aliquis exillimare esse sententiam Nauarræ, summa Latina, cap. 10. ultimas, num. 10. & ceteris quatuor. Hispania nonnulli sexagesimo quinto. Sed re vera id non sentit, sed satis obscure loquens dicit, tunc posse coniugem votum alterius non pendenti debiti irritare, quando alter illorum indiet id notoriam fornicationem corporalem, vel spiritualem. Et probat ex cap. Agathosa 27. quæstio secunda, & refert Abatem cap. finali, de conuers. conuicari. Et ita Nauarrum intelligit Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. num. 6. quæst. ultima, versu. Existit autem nec illum improbat, sed dicit id non clare colligi ex disp. cap. Agathosa. Eodem modo intelligit illum Lud. Lopez. 1. part. instruct. conscientia, cap. 27. ad finem, & dicit tunc posse alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed textus in disp. cap. Agathosa, nil conserat ad id probandum; & falso Abbas allegatur. Nec periculum alterius coniugis conserat dominium in alterius voluntatem, aut materiam promissam; quod exigitur ad irritandi potestatem. Ergo quamuis id periculum præbeat iustam dispensandi in eovoto causam, nil tamen ad irritationem conserat; atque adeo si secluso eo periculo non poterat coniug irritare, idem erit dicendum eo stante. Deinde, quia parum conserat ad periculum, esse notoriam, aut occultam fornicationem, nec fornicationi spiritali conserat, irritatio non pendenti voto. At legitimam huius sententiæ fundamentum potest esse; quoniam coniug alter perdit jus petendi debiti à coniuge innocente, ac proinde dominium in corpus, ac voluntatem eius. Verum si hæc limitatio esset vera, idem dicendum esset de fornicatione occultata, per quam pariter idem jus amittitur. Quare sic distinguendum est. Si coniug innocens velire iure suo utens à nocente recedere, non poterit adulter esse vota irritare, ut probat ratio postea. Imò, nec innocens tunc poterit vota adulteri. Quia per diuorium suspenditur ius potestatis. At si nolit eo iure uti, sed maritaliter vivere, poterit alteruter coniug irritare alterius vota, quæ ea fornicatione non admittit, possit. Quia ut probauit lib. 1. de matrim. disp. 68. numer. 4. coniug adulter non



non omnino perdit jus exigendi debiti, sed in favorem innocentis, si hic velit cum exceptionem opponere, & eo jure uti.

SUMMARIUM.

An vir possit irritare votum castitatis ab uxore absque sua licentia emissum? Refertur quoad sententiam, n. 9. Explicatur sententia Auctoris, n. 10. Quid, si votum sit non exigendi? n. 11. Quid de voto castitatis ex viri licentia factum? Refertur opinio, numero 12.

9 Quid sit irritare votum castitatis ab uxore, tempore matrimonii? Hoc potest emitti abque viri licentia, aut cum illa, aut communi consensu ab utroque conjugum. De quibus modis est scilicet agendum. Prima ergo difficultas est de hoc voto emissio abque viri licentia. Quidam & satis probabiliter negant irritare posse. Quia vir non habet dominium in uxorem in ordine ad actum conjugalem, sed quo ad eum sunt pares, cap. Gaudemus, de divorci, cap. si quis uxorem 32. quæst. prima, Nec vir est caput mulieris, quo ad eum actum. Ut bene docet Durandus 4. d. 38. q. 1. art. 1. num. 7. Aliud fundamentum, & DD. hujus sententia retuli lib. 9. de matrim. disp. 39. num. 10. Et ultra Auctores ibi relatos, tenent Supplementum Gabrielis 4. d. 38. q. 1. art. 5. tit. 5. Secto viri & uxoris, Petrus de Ledesma 2. tom. summa, tract. 10. cap. 7. dubio ultimo, d. 170.

10 At probabilius est, posse a viro irritari, quatenus est votum non petendi debiti, nullatenus enim obligare potest ad non reddendum, esset enim contra matrimonium iustum. Ratio est, quia quamvis vir, & uxor sint pares, quo ad libertatem non petendi, & jus exigendi, & obligationem reddendi, & ita materia illa non fit viro subiecta, at quo ad illam notam obligationem, quæ accidentaria est, uxor subditur viro tamquam capiti, cujus est voluntatem ipsius dirigere, ne imprudenter vocet. Ut num. 3. probavimus. Aliud fundamentum hujus sententia, & 39. Auctores retuli eadem disput. 39. num. 11. Et ultra illos idem tenet Sayro in clausura, q. 2. d. 6. cap. 5. num. 13. Atque potest etiam irritare, quatenus id votum, obligat ad abstinentiam a veneris extra id matrimonium & ab alio matrimonio incedendo. Quia illa nota obligatio, quæ inchoata viro se uxor adstrinxit, subditur viro juxta dicta num. 3. cujus Doctores retuli ea disput. 39. num. 12.

11 Constituant autem Nasserus summa Latina, & Hispana cap. 12. num. 60. & Sayro eodem cap. 5. num. 13. discrimen inter votum non petendi debiti, & illius non exigendi, ut prius possit irritari a viro, non autem posterius. Quod prius vergat in viri præjudicium, cum prius se uxor debiti petitione, etiam non cogendo alterum reddere, imponat onus viro semper petendi. At posterius, cum importet solum obligationem ad non compellendum alterum conjugem ad reddendum sibi, & ideo libera maneat petendi abque illa coactione facultas, nullatenus est in præjudicium viri, imò est favoreus, utpote qui non compellatur, at reddat. Verum hoc discrimen non placet. Quia nunquam vocentes id discrimen attendunt. At si attendent, ea differentia locum haberet, retenta sententia numero secundo relata, quæ tenet virum sola uxoris voti sibi præjudicantia posse irritare. At retenta nostra relata numero tertio, dicente virum posse omnia uxoris vota irritare, dicendum est quoque hoc posse.

12 Secunda difficultas est, de castitatis voto emissio ab uxore de licentia viri. Quidam etiam admittunt alia uxoris vota ex viri licentia facta, posse ab ipso irritari valide, etsi iusta causa deficiat, quamvis tunc vir irritans peccet mortaliter, & licet, quando adest iusta causa, id tamen negant in voto castitatis, dicuntque irritationem fore in utroque casu

irritam. Quia in aliis rebus materia voti est sub viri dominio, quo ob licentiam datam non priuatur. At materia hujus voti non est viro subiecta. Hujus licentia rationes alias, & Auctores retuli lib. 9. de matrim. disp. 40. n. 16. Et ultra Doctores ibi relatos, idem tenent Leonardus l. 2. de just. c. 40. dub. 10. n. 85. in fine, Petrus de Ledesma 2. tom. summa, tract. 10. c. 7. dubio ultimo d. 2.

13 At probabilius est posse a viro irritari valide, quomodocumque irritetur, etsi sit mortale absque iusta causa irritare, cum illa autem licentia: sicut c. 27. nu. 11. diximus idem de aliis votis uxoris emissis ex viri licentia. Ducor, quia etsi vir non sit dominus materia illius promissæ, sed in illa sit æqualis uxori, est tamen tamquam caput, dominus illius actus liberi, quo uxor tempore subjectionis se voto illo ligavit, & quamvis ex viri consensu sit Deo consecratus, id conferret, ut vir absque causa irritans peccet mortaliter, non tamen ut irritatio sit nulla; nec ut sit illicita, quando ex causa iusta fit. Quia illa licentia data non amittit dominium illius voluntatis, nec censetur licentia concessa, sed votum deinceps fit independentes a superioris voluntate, sed adhuc imbit conditionem, nisi sit revocaverit. Sicut probavimus ibidem cap. 27. numero 11. Atque alias rationes, & Doctores hujus sententia retuli lib. 5. de matrim. disp. 40. numero 17. ubi & hoc extendi, etiam si fecisset vir copiam uxori vovendæ omnimodæ castitatis. Quia est eadem ratio.

14 Ultima difficultas est, quando uterque conjugum communi consensu vovit castitatem. Quidam asserunt, adhuc posse id votum a viro irritari. Quia adhuc manet matrimonium, & potestas viri in uxorem. Ut asserat Serv. August. epistola 199. ad Ecditium, & refertur cap. Quod Deo 33. questione tertia. Nec inquit est pactum de non reuocando. Quæ fundamenta, & Doctores hujus sententia adduxi lib. 9. de matrimonio, disp. 40. n. 19.

15 At dicendum est, nullatenus posse. Quia cum uterque conjugum mutuo consensu vovet continentiam, cum mutuo pacto cedat quilibet juri suo quo ad quemcumque actum matrimonialem, idque offerat Deo vitam cælebem eligens, videtur omnino renuntiare juri revocandi, ut vel sic ille vitæ continentis finis obtineatur. Et quamvis contractus ille possit mutuo consensu rescindi, oblat tamen vinculum voti in eo includitur. Alia hujus fundamenta, & Doctores retuli ea disput. 40. num. 20. Et ultra illos idem tenent Sayro in clausura, q. 2. d. 6. c. 5. n. 17. Leonardus l. 2. de just. c. 40. dub. 10. num. 85.

16 Atque idem dicitur ea disp. 40. n. 21. si uterque mutuo consensu religionem vovet, aut alter religionem, ut ordinis sacri susceptionem, alter vero castitatem casu, quo hæc duo postiora vota valent, nempe, quando potest vir ordine sacro insigniri, aut ad religionem transire ex licentia uxoris in seculo manentis cum voto castitatis, quem casum explicat lib. 9. disp. 73. n. 7. & 8. tunc enim neuter conjugum potest id alterius votum irritare. Quia cum ea vota tendant ad omnimodam matrimonii separationem, & perpetuam continentiam mutuo statu servandam, videtur conjugum jure revocandi cedere.

17 Quod si post id castitatis votum mutuo consensu emissum, conjuges etsi facerent, dent iterum sibi mutuum corporum potestatem, poterit vir id castitatis votum uxoris irritare, & quidem valide, sed cum peccato absque causa, licet antequam causa. Et idem dicendum est voto religionis emissio communi consensu ante hanc novam potestatem. Quod jam matrimonium sit plene restitutum ad priorem statum, & renuntiatio illa juris sit valide remissa, atque votum factum fuerit tempore subjectionis. Quæ latius explicat ea disput. 40. n. 22.

18 Tandem, quando alia sunt communi consensu emissiva, ut jejunandi, dandæ elemosynæ, poterit vir irritare votum, quatenus ad uxoris obligationem pertinet. Sicut cap. 27. n. 11. diximus, posse irritare vota ex sua licentia facta. Quia adhuc manet dominus materia promissæ. Quando autem vota explicata, n. 16. sunt relata in tempus solati matrimonii, ut si votum sit communi consensu emissum, eo soluto matrimonio abstinendum ab alio, aut ingrediendi religionem, aut servandæ castitatis; si dicamus cum sententia relata c. 27. n. 2. virum posse irritare vota uxoris emissiva in tempus solati matrimonii, dicendum est posse hæc; at tenendo contrarium, quam novissimè ibi n. 3. defendimus, dicendum est non posse.

SUMMARIUM.

An uxor possit aliqua viri vota irritare? Refertur duplex sententia, num. 10. Explicatur sententia Auctoris, n. 20. Quid de voto viri, de abstinentia nimis, vigiliis, precibus? n. 21. An tunc possit uxor irritare, an solum partem sibi præjudicantem? n. 22. Quid de voto peregrinationis? n. 23. Quid, si sit in subditum Terræ sanctæ? n. 24. Quid, si sit in votum mandandi habitus, aut induendi habitus Eremitæ, aut Tertii Ordinis D. Francisci? n. 25. Quid, si sit votum in præjudicium familia, aut rei familiaris? num. 26.

Quid de voto non petendi, aut non exigendi? n. 27. Quid, si conjux in notoriam fornicationem incidat? n. 28. Quid de votis a viro emissis ante matrimonium consummatum? Et remissio de votis ante matrimonium, aut tempore diuortii, aut diuortio facto, n. 29.

Quid, si vir ex uxoris licentia venerit? n. 30. Quid, si sit votum castitatis de licentia uxoris, aut communi consensu emissum etiam postea uterque novam sui corporis potestatem tradidit? n. 31.

Et ibi, quid de aliis votis communi consensu factis; Quid de aliis votis emissis ab alterutro conjugum tempore, quo ex communi consensu uterque conjux erat voto castitatis ligatus, etiam si postea mutuo sibi potestatem corporum tradidit? numero 32.

Quid de votis emissis postquam conjuges communi consensu venerint religionem, aut alter religionem, ordinisque sacri susceptionem, & alter castitatem? n. 33.

An vota uxoris irritata a viro, aut viri irritata ab uxore veniant? n. 34.

19 Questio ultima. An uxor possit aliqua viri vota irritare? Quidam negant; quia uxor caret dominio voluntatis viri, imò ipsi tamquam capiti subest, nec etiam materia promissæ est domnia; quippe hoc maxime verum haberet quo ad actus matrimonii; ad quos tamen neutri est dominium, sed uterque est æqualis, cap. Gaudemus, de divorciis. Hujus Auctores retuli lib. 9. de matrim. disp. 41. n. 1. Et ultra Auctores ibi relatos, idem sustinet Petrus de Ledesma, 2. tom. summa, tract. 10. cap. 7. dubio ultimo, d. 2. Et videtur Azor, 2. tom. 1. institutio moralis, lib. 11. cap. 16. quæst. ultima, & cap. 17. qu. 13. Alii autem videntur tenere æqualem esse potestatem utriusque conjugum ad alterius vota irritanda. Sic indicant Innoc. c. Scriptura ad finem, de voto, & ibi Hostiensis, ad finem, Joannes Andreas numero 4. Anton. num. 3. Cardianus qu. 14. Anchar. num. 13.

20 Sed verius est, posse uxorem vota viri irritare, omnia, & sola, quæ sibi præjudicant, quo ad moderatam debiti redditionem, aut mutuum cohabitationem. Et probatur, quia uxor habet dominium, & potestatem coporis viri, quo ad debitum sibi moderatè reddendum, & cohabitandum, 1. ad Corinth. 7. Ergo vota huic dominio præjudicantia irritare poterit. Et confirmatur, quia quamvis quo ad actus matrimonii sint conjuges æquales, ea ratione, quod æteri neuter adstringitur ad petendum, & uterque tenetur alteri reddere; at sibi ipsis sunt subditi, quatenus neuter habet sui corporis potestatem, & dominium, sed utrumque per matrimonium transfuit in alterum. Ergo ratioe hujus domini, & superioritatis, poterit uxor irritare vota illi potestati nocentia. Tandem, quia vota viri in præjudicium uxoris, si absolute, & independentem intelligantur, sunt iniuriosa, ac proinde per se irrita. Ergo ut valeant, debent includere conditionem, si uxor consenserit, quod esse fundamentum potestatis irritandi probavimus, cap. 26. n. 4. Hujus sententia Auctores retuli ea disput. 42. num. 2. Et ultra ibi relatos, eam tenent Palud. 4. d. 38. q. 4. artic. 2. conclus. 5. nu. 23. & ibi Supplementum Gabrielis in qu. 1. art. 5. vers. Sexto viri, & uxor, Leonard. lib. 2. de just. cap. 40. dub. 10. numero 85. in fine, Sayro in clausura regia lib. 6. cap. 5. num. 9. & cap. 10. lib. 20. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, libro sexto, cap. 4. num. 8. & sequentibus, Corradus, in suis responsis, prima parte, quæst. 304.

21 Hinc primò deducitur, non posse virum abque uxoris licentia, ex preces, abstinentias, aut vigiliis promittere, quæ ita debilitant vires, ut ineptus fiat reddendo moderatè debito, possent id votum ab uxore tamquam sibi præjudicantia irritari; scdus autem si illa sint moderata. Quod latè probavi defendens contra alios id votum non esse ipso jure irritum, lib. 9. de matr. disp. 3. n. 7. & ultra ibi citatos, tenent Suar. tom. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 4. numero 6. & 13.

22 Sed difficultas est, an quando ea vota mensuram excedunt, integram sit uxori, ea vota omninò irrita reddere, an solum quatenus illi præjudicant? Quod dubium procedit in his solis votis, quæ diuilibilia sunt, qualia sunt multarum precum, multorum jejuniorum; nam quando iniuilibilia sunt, ut longæ peregrinationis, manifestum est posse integrè irritari. De votis autem diuilibilibus videtur quoque posse integrè. Quia neminem inveni ita distinguente, sed absolute dicunt Auctores posse uxorem vota viri præjudicantia sibi irritare, at male ita absolute concessissent, non modicamque errandi anam præberent, si præterea ingens scrupulorum ortiretur occasio, si discernendum esset, quæ ex parte præjudicant. At dicendum est solum excessum integrum esse uxori irritare. Quia solum potest in quantum vota debiti conjugii præjudicant; cum ergo solus ille excessus permissus sit humiliori, solus ille irritari poterit. Et confirmatur, quia si in quantum quadragesimæ obbet debito conjugali moderatè reddendo, exculgabitur vir, non in uniuersum, sed quatenus illi obligationi obstat. Insuper, quia cap. Quidam, & cap. blacet, de convers. conjugat. decidit conjugem, quando inficio altero conjugum vovit solemniter castitatem in religione, manere obligatum quo ad petendum, & abstinentiam ab alio matrimonio, quod erat in sua potestate, non autem quo ad non reddendum, in quo præjudicant con-

jugi. Quod si petas, quando censetur votum individuum, & promissio per modum unius facta, explicui latè hoc libro 4. cap. 10.

23 Secundo deducitur, posse virum absque uxoris consensu aliquam brevem peregrinationem vovere, non tamen longam, & ideo votum de longa peregrinatione posse ab uxore irritari, non autem de breui. Quod latè probavi lib. 9. de matrimonio, disputatione quarta, numero 15. Et ultra Doctores ibi relatos tenent Suarez eodem cap. 4. numero 13. & 14. Quare minus bene Abulenfi cap. vigesimo primo Leviticus, quæstione decima, ait posse maritum omnem peregrinationem præter ultra marinam vovere abque uxoris consensu.

24 Excipe tamen votum peregrinationis Hierosolymitanæ, non solius deuotionis causa factum, sed in subdium terræ sanctæ, id enim ab uxore non posse irritari, probavi eod. lib. 9. de matrim. disp. 4. n. 15. Et ultra Doctores ibi citatos, tenent Sayro in clausura regia, lib. 6. c. 5. n. 9. Suar. eodem cap. 4. num. 14. ubi bene addit cum D. Thoma quodlibet 4. art. 11. & Divo Antonino 3. part. tit. 1. cap. 22. §. 1. virum non posse implere personaliter tale votum, si uxor nolit cum comitari, & sit juvenis, relinquaturque in periculo incontinentiæ; nec uxorem teneri illum comitari, ed quod sit res valde onerosa. Quia ex jure naturæ tenetur vir canere id uxoris periculum, & ideo satisfaciet tunc reddendo votum.

25 Tertio deducitur, nec posse virum absque uxoris consensu vovere mutare habitum, ut induere habitum Eremitæ, aut Tertii Ordinis D. Francisci. Quia obligationi reddendi debiti nocet. Quare id votum tamquam sibi præjudicantia potest uxor irritare. Quod probavi lib. 9. de matrim. disp. 3. numero 9. Et ultra Doctores ibi citatos, tenent Suarez eod. cap. 4. num. 12.

26 Quarto deducitur, vota in familie, ac rei familiaris præjudicium a viro emissiva, non posse ab uxore irritari; ut erogandi magnas elemosynas. Quia administratio domus, & honorum pertinet ad virum independentem ab uxore. Nam etiam ipsa reclamante tenet factum. Idque debet intelligi, nisi adeo copiosam elemosynam vovcat, ut implere nequeat, nisi alienando aliquid de bonis uxoris. Ut bene tradit Suarez eodem cap. 4. num. 8. Et probavi lib. 9. de matrim. disput. 42. numero 6. ubi cum Soto, & aliis probavi id votum posse in vitium iniuriæ, ad prodigalitatis tendere, & ideo nulla relaxatione indigere, ut vi obligandi careat.

27 Quinto deducitur, quid dicendum sit de voto non exigendi debiti. Si enim vir sumat exigere in rigore, ita ut voluerit promittere se non obligaturum uxorem lege matrimonii; ut debitum soluat, non poterit uxor irritare. Quia id votum nullatenus sibi præjudicant, sed prodest. Ut explicui n. 11. & Doctores, quos ibi retuli eam facultatem denegantes viri erga id votum uxoris, a fortiori negabant uxori erga id votum viri. At viro concessimus eam facultatem, ed quod potest irritare non sola vota sibi præjudicantia, sed omnia uxoris irritare. Eam autem negare uxori, quod sola vota viri sibi præjudicantia irritare valeat, & hoc non præjudicant. Si autem exigere fumat pro petitione, ut sumitur communiter, & raro euenit contrarium, aut promittat vir absolute castitatem, ed duplex opinio. Prior ait, posse uxorem irritare. Quod cedat in maximum uxoris gratiam, quæ contra naturalem mulierem veterumque cogitur semper petere. Hujus Auctores retuli lib. 9. de matrim. disp. 42. n. 7. Et est valde probabilis. Posterior ait, non posse. Quia hoc votum non est contra fidem matrimonii, quæ solum adstringit ad reddendum debitum, nec uxor dominium aliquod, aut potestatem habet in virum, ut compellat ipsum ad petendum debitum, sed quo ad id sunt pares, & ambo sui juris; & ex altera parte uxor non est caput viri, sed ei subdita. Nec obstat grauen uxoris, quæ cogitur semper petere. Quia vir eo voto emissio tenetur se aliquoties offerre ad usum conjugalem. Hujus Auctores retuli eo num. 9. & ultra illos tenent Leonard. libro secundo de just. cap. 40. dubio 10. num. 84. Et hanc reputavi ibi probabiliorē, & nunc reputo. Quidquid tamen sit de hoc, id certissimum est, illud votum castitatis non posse uxoris irritationi subdi, quatenus obligat ad abstinentiam a veneris extra matrimonium, & ab alio matrimonio. Quia in hoc nullatenus uxor præjudicant.

28 De limitatione autem a quibusdam tradita, nisi alter conjux in notoriam fornicationem incidat, diximus numero 7.

29 Sexto deducitur, vota a viro facta ante matrimonium consummatum anuo transcundo ad religionem, & ibi implendi, non posse ab uxore irritari. Quia nulla ratioe sibi præjudicant. Si autem non essent implenda in religione, possent ab ea irritari, si sibi præjudicant. Quia matrimonio iussit etiam ante consummationem acquiri uxor, & dominium, & jus in corpus viri, cui maritus præjudicare nequit, nisi religionis ingressu. Quid autem dicendum de votis ante matrimonium emissis a viro, diximus cap. trigesimo primo, numero 12. Et quid de emissis tempore alterius matrimonii, diximus cap. 28. numero 31. Et quid de emissis tempore matrimonii, irritandis autem tempore diuortii, aut emissis tempore diuortii, diximus cap. trigesimo a numero 18.



30 Quid autem de votis praedictantibus uxori, quando ex eius licentia facta, an possit uxor irritare: diximus c. 17. n. 14. posse.

31 Atque idem dicendum est, si vir ex licentia uxoris perfectam castitatem voueat, poterit enim uxor irritare, quo ad debiti redditionem, & quidem valide, sed cum lethali culpa, quando iusta causa abest, licet autem, quando illa adest. Et idem dicendum est, quo ad petitionem debiti, iuxta opinionem dicentem irritari posse id votum absque licentia emissum; fecus iuxta nostram, quam tenuimus num. 27. ubi diximus, quo ad alios effectus nunquam posse. Si tamen mutuo consensu uterque coniugum voueat castitatem, & iterum, quamvis sacrilege, sibi ius in corpus concedat, & renuntiationem juris renuntiat, quo casu diximus num. 17. posse virum irritare illud votum castitatis uxoris, nequit uxor votum illud irritare. Quia quo ad reddendum, in quo uxor est domina, non indiget irritatione; cum statim tenentur coniuges ad reddendum. Ut probauit libro 9. de matrimonio. disp. 37. n. 15. Quo ad alios autem adus, ad quos uxor illum obligat, nequit uxor irritare, etiam absque sua licentia licet votum emissum. Ut diximus num. 27. At tenendo contrarium ibi relatum, nempe, posse irritare, quo ad petitionem debiti, poterit quoque in hoc casu, & licet cum causa, illiciti autem sine illa; at vero in utroque casu valide. Quia ea licentiae concessio non obstat valori, sed soli honestati, quando causa iusta deest, & mutuo consensu ratione renuntiationis ibi incluzata obstant, iam est remissio concessa ea noua corporum potestate. At reliqua vota communi consensu facta, quae alias poterat uxor irritare facta sine licentia, eo quod sibi praedictant, de quibus factis ab uxore respectu potestatis viri, diximus numer. 18. & diximus posse virum irritare, praeter illa, quae sunt mutua di statum, aut implenda tempore soluti matrimonii, dicendum est posse uxorem irritare, sicut poterat facta sine licentia, praeterquam quod exigitur iusta causa ad eundem casum mortalem. Quia ea licentia hoc solum efficit.

32 Sed quaerens, quid dicendum sit de votis factis a coniugibus tempore, quo castitatis voto emisso ex mutuo consensu erant ligati. Duplex tempus est distinguendum. Prius est, quando adhuc sic perseverant. Posterior autem, quando iterum celsere illa sui iuris renuntiatione, tradentes sibi mutuum corporum potestatem. Et si de priori tempore loquamur, poterit vir omnia uxoris vota irritare, siue solum cohabitationi, & mutuis obsequiis obstant, siue soli debito conjugali persolueno, praeter illud castitatis. Et de prioribus, ratio est. Quia coniuges per tale votum non absoluntur a cohabitatione, & mutuis obsequiis, sed a solo debito conjugali petendo, & reddendo; ut probauit libro 9. de matrimonio. disp. 37. n. 14. & idem vir habet dominium materiae, & insuper ipsi incumbit voluntatis uxoris gubernatio. De posterioribus autem ratio est, quia est dominium eius materiae non habeat, cum per id votum castitatis celsere iure suo, habet tamen dominium, & gubernationem voluntatis uxoris, ratione cuius poterit illa irritare; sicut posse diximus num. 3. vota seruandi praeccepta, a quibus eius materiae dominio caret. Uxor autem sola vota longe peregrinationis, & alia huiusmodi aduersa cohabitationi irritare potest. Quia quo ad hoc solum ius habet, & caret gubernatione voluntatis viri. Si vero de posteriori tempore loquamur, maritus poterit per se irritare omnia uxoris vota eo medio tempore emissa. Nam etiam prius tempore id posse probauimus. At uxor poterit perfecte irritare vota tunc emissa obstantia cohabitationi, sicut & poterat in priori tempore. At vota tunc emissa obstantia debito conjugali nequit perfecte irritare, sed tantum suspendere; ut si medio illo tempore magnas abstantias debito conjugali obstantes vir promississet. Quia cum vir tempore huius voti emisset sui iuris, quo ad debitum reddendum, poterat independenter illi obstantia emittere; atque ita reputantur tamquam facta ante matrimonium, quae solum posse uxorem suspendere, quando sibi praedictant, diximus c. 31. n. 12.

33 De votis autem emissis a coniugibus postquam communi consensu emiserit religionis votum, aut alter religionis, alter vero Ordinis sacri, aut castitatis casu, quo haec vota effectiue obligant (quem explicauimus libro 9. de matrimonio. dispensat. 37.) dicendum est, viro integrum esse omnia uxoris vota, praeter illud castitatis, aut religionis irritare. Quia retinet dominium materiae, & gubernationem voluntatis uxoris, donec implenda ea vota separetur matrimonium. Uxor autem poterit irritare omnia viri vota, praeter illa communi consensu emissa, quae aut cohabitationi, aut debito persolueno obstant. Quia interim ius habet ad utrumque.

34 Demum id obseruandum est, vota omnia uxoris, quae virum irritare posse diximus, si irritentur, nequaquam reuocantur solum matrimonium. Ut contra alios probauimus c. 24. n. 4. Et id habere, verum, & etiam cum licentia viri emissa sint, probauit c. 27. n. 19. Et idem dicendum est de votis viri, quae uxorem irritare posse diximus, ea enim irritata non reuocantur. Quia num. 20. probauimus ea irritari posse ratione conditionis imbuta in illis, ob quam eorum firmitas pendet ex uxoris consensu. Quod esse fundamentum potestatis perfecte irritandi, diximus cap. 27. num. 4. Et de votis viri ab uxore irritatis tenent expressè Nauarr. Summa c. 12. Lati-

na, & Hispania numero 66. Toledo libro quarto summa cap. 18. numero 9. vers. Irritata enim. Idem clarè Angelus verbo votum 2. n. ultim. ubi postquam in precedentibus numerat omnes, qui absque alterius consensu non poterat firmiter vouere, inter quos numerat viros in praedictum uxorum, concludit eo num. ultimo eos subditos non teneri finita superiorum potestate ad vota perillos irrita, sed ea irritatione extingui in perpetuum. Et aperte significat Abbas c. Scriptura nu. 7. de voto, & Ceter. 2. 2. qu. 88. art. 8. dub. penult. ubi probauit vota semel irritata nunquam reuocari, ex cap. Quidam, de conuersat. coniugat. ubi vir reuocatus a religione per uxorem non tenetur uxore mortua ad eam redire, in qua professus fuerat. Et sic clarè sentiunt votum irritatum ab uxore non reuocari. Quamvis fatear eum textum nil ad hoc conferre; quia ea decisio non inimitur irritationi, sed nullitati professionis.

CAPUT XXXV.

Qualiter parentibus, tutoribus, & curatoribus, integrum sit irritare vota filiorum, pupillorum, & minorum?

SUMMARIUM.

Quot quaestiones disputanda sint? n. 1. Quotuplex sit votum? n. 2. Quotuplex sit actus limes, & an anni illius computentur de momento ad momentum? Et quid in anno bisextili? Et quid quando nescitur hora natiuitatis, aut dies, aut annus? n. 3. An actus sit computandus a die conceptionis? Et quid quando ex secundo matris utero factus educitur? n. 4. An votum religionis, & alia emissa quacumque aetate post rationis usum valent? n. 5. An omnia vota impuberis irritari valeant? Resertur opinio, numero 6. Explicatur sententia Auctoris, n. 7. An quo ad potestatem irritandi voti religionis emissa ab impubere, sit porogata pubertate usque ad 16. annum, per Tridentinum? num. 8. An impubes Ordinem sacrum assumens tenetur ad castitatem? numero 9. An votum impuberis de peculio castrensium, vel quasi possit irritari? num. 10. Quid, si malitia suppleat aetatem? n. 11. Quid, si malitia suppleat aetatem in eadem matrimonium, aut alio modo emancipetur? n. 12. Post n. 12. inueniuntur alia summaria.

1 Quod duplex est disputanda quaestio. Prima de votis impuberum. Secunda de personalibus puberum votis. Tertia de rebus, & mixtis puberum votis. Ultima penes quos sit haec potestas irritandi vota.

2 Quaestio prima. Quae impuberum vota irritari valeant? Praemittendum est primo, triplex esse votum. Quoddam est pure personale, id est, cuius executio ad solam personam pertinet, nullis pecuniariis sumptibus petitis. Ut votum religionis, castitatis, Ieiunij. Aliud est pure reale, scilicet, quod solis sumptibus pecuniariis impetur. Ut votum elemosynarum. Aliud mixtum, quod & personae opere, & pecuniis impetur, ut votum peregrinationis.

3 Secundo praemittendum est, triplicem esse aetatis litem. Primus est infantia, in qua nondum est rationis usus. Qui communitur usque ad septennium completum durat. Ut probauit libro 2. de matrimonio. dispensat. 16. num. 2. Quod tamen non ita precise est intelligendum, ut semper septennio usurationis accidat; quibusdam enim citius, aliis vero tardius aduenit. Jus tamen a communitur accidentibus praesumit completo septennio usum rationis aduenire. Et ideo in dubio, auctius, tardiusue aduenit, standum est a iuris praesumptione, ut septennio completo praesumatur statim. Ut probauit eadem dispensat. 16. num. 10. Secundum aetatis limes est impubertas. Haec incipit ab usurationis, & durat in foemina usque ad decimumquintum annum completum; in masculis autem usque ad decimumquartum completum. Cur autem foemina citius pubescat, tractant satis eruditè Tiracq. l. 6. comulari numero 38. Gutierrez. auct. Sacramenta puberum nu. 1. & 2. c. si aduenit constitutionem Sfortian Oddo tractatu de reffit. in integrum p. 1. quaest. 2. toto articulo 4. Ante hanc autem aetatem vir dicitur pupillus, & foemina pupilla, & ambo dicuntur impuberes. Constat ex leg. finali. c. Quando tutor. & cap. Penult. no. quaest. 2. & l. c. de leg. 1. r. 1. r. 16. part. 6. Minor autem dicitur tam masculus, quam foemina, a tempore pubertatis usque ad vigesimumquintum annum completum, l. 1. c. si minor huiusmodi dicitur. Hi autem anni tam pubertatis, quam minoris aetatis debent esse omnino completi de momento ad momentum. Sicut de aetate minori disponitur expressè, l. 1. §. Minorum. c. de minoribus, ubi Glossa verbo Momentum, ait hoc esse foemine minoris aetatis. Et concordat lex regia 2. ritul. decimo nono. parte sexta. & ibi Gregorius Lopez, verbo Mengue, Sfortian Oddo eadem quaest. 2. articulo numero 54. ubi & alios refert, rationemque reddit, quae agit de favore minorum, & publico simul. Atque bene addit

dit huius favore, si non coarctaret de hora natiuitatis, expectandum totius diei exitum, & sic nec de die constet, sed de solo mense, expectandum totius mensis exitum; quod si de mense de mense, expectandum totius anni exitum. Atque si vigesimusquintus aetatis completus sexto Kalendas Martij anni bisextilis, confensus est compleri die secunda, quae sexto Kalendas Maij similiter dicitur, nempe, die vigesimaquinta Februarij, in puncto horae respondente puulo natiuitatis. Et ratio est, quia utraque dies censetur una; & dies secunda est complementum quadriennij praecedentis, quae deorat ad complementum integri solis per Zodiacum circuli, & ideo ad illius aetatis complementum ea dies est accipienda. Et sic expressè habetur eod. §. Minorum, in fine. Et notat Azor. rub. n. 2. c. de in integrum restit. & Sfortian Oddo eodem art. 9. n. 55. Molina r. m. 1. de iust. disp. 373. vers. Atque ut a minori aetate, qui bene subdit, quamvis in aetate impubertatis id nullibi decim reperiatur, eandem tamen esse rationem, & ideo idem esse dicendum. Quod similiter in hoc favor aetatis pupillaris versetur, ne votis le adstringat, quae irritari nequeant. Praeterca, quia tamquam quid speciale favore testamenti decernitur, l. Quae aetate ff. de test. ut in aetate pubertatis ad testamentum petita, sufficiat ultimum aetatis illius diem esse inceptam. Ergo fecus est in aliis dicendum. Et ita fateatur omnes allegandi.

4 Quod si quaeras, an a die conceptionis computetur aetas? Glossa reg. 17. Canonellaria, & Sfortian Oddo eadem q. 2. art. 7. n. 48. dicunt, quando est favorabile proci, sic numerari, ita numerandum esse, secus ubi esset odiosum; & sic in presenti aetate Sfortian numerandam a die natiuitatis. Quia numerata a die conceptionis breuius redderet restrictionis tempus, quod in minoris detrimentum eaderet. Sed merito Cov. 4. decr. 2. p. 6. §. 2. n. 3. ait nil falsum dici posse; cum generali usu receptum ubique sit, aetatem a die natiuitatis computari. Idemque tradit Manosius de aetate minoris, c. 1. n. 25. ubi optime etiam probat filium ex secundo matris utero editum censeri ex tunc natum, & ideo ex tunc computandam eius aetatem.

5 His praemissis, quamvis nonnulli Auctores censuerint omnia impuberum vota esse profusa irrita, nisi propè pubertatem emittatur. Alii autem id de voto religionis ante pubertatem emisso opinati sunt; quos omnes retulimus hoc lib. 4. c. 18. At verissima sententia est, omnia vota quavis aetate emissa, dummodo rationis usu sufficiente ad peccatum mortale puer gaudeat, ipsius obligare, donec irritentur. Quod quidem satis ibi ostendi.

6 Difficultas autem est, an omnia impuberum vota irritari valeant? Vixit ad cancellario sacramento, p. 1. c. 14. n. 99. ait patrem posse irritare omnia vota realia filii, & filiae impuberum, non tamen omnia personalia, sed sola sibi praedictantia. Et nec Doctores allegat, nec rationem reddit.

7 At verissimum est, quaecumque impuberum vota, siue realia, siue personalia, siue mixta, posse a patre, vel tutore irritari. Probatur ex c. 30. Num. relato, & Mulier 32. q. 2. ubi id expressè habetur. Idem dicitur in Concilio Tolosano c. 6. c. 6. & reuertur, c. 1. 20. q. 2. & in Concilio Tridentino c. 24. & refertur c. 2. 20. q. 2. Et ratio est, quia impuberes non praesumunt satis iudicij habere, ut mature, & prudenter vouere queant, quare ne imprudenter se votis adstringant, voluit ius omnia eorum vota sibi potestati eorum, quibus ipsi impuberes subint. Atque ita videtur uniuersi Doctores toto hoc capite referenti, dempto Vitaldo.

8 Quamuis autem Ovando 4. d. 38. disp. unica, propositioe 22. in fine, asserat posse dici prorogatum esse hoc impubertatis tempus, in masculis, & foeminis, usque ad decimum sextum annum completum, quo ad potestatem irritandi voti religionis, & ita usque in eam aetatem id posse a patre irritari, per decretum Trident. sess. 25. de regulis iuris c. 15. Quod quidem ait ita solum ob voti religionis dignitatem, indigentis maturiori consilio, quam omnia alia vota. At hoc caret profusi fundamentum. Quid id decretum de sola professione agit, reddens eam irritam, si ante decimum sextum annum completum fiat. Quare in simplici religionis voto, & in omnibus aliis personalibus; ius commune illatum manet, ut sola aetate pubertatis emissa irritari valeant. Et ita docent Palacios 4. d. 38. disp. 3. col. 23. vers. At vero Sfortian, fol. 373. Azor. como 1. inst. moral. lib. 11. c. 17. q. 7. vers. Quares deinde, Philibartus de officio sacerdotis tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 18. vers. Quo ad vota filiorum, Sayro in clauis regia, lib. 6. c. 10. n. 24. Suarez como 2. de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 6. n. 4.

9 Imò, quamuis votum castitatis ordini sacro adoezum sit solum, cap. unico, de voto, in 6. si tamen impubes cuiusvis aetatis, dummodo rationis usu gaudeat, qui ad mortale sufficit, iniicietur ordine sacro, & teporibus eo continetur voto. Et quamvis de hoc sint diuersae opiniones, quas retulit libro 7. de matrimonio. disp. 30. num. 6. 7. & 8. & ibi n. 8. amplexus sum non teneri voto, nisi post pubertatem ratificet; tunc tamen potius placet cum teneri. Quae sunt prima sententia ibi relata. Et ultra Doctores, quos ibi retuli, eam tenent Cajus, c. 2. q. 88. art. 9. paulo ante vers. Ad confirmationem. Petrus de Lado in 2. tomo summa, tractatu 10. cap. 7. dubio ult. dicto 8. Sayro in clauis regia, l. 6. c. 5. n. 3. Ratio autem est, quod est diuersa ratio de hoc voto, & de foemini professionis voto; multa enim grauius est hoc posterius, & multo difficilioris dispensationis, & obligat ad vitam Summa Th. Sanchez, Pars II.

longè austeriorem. Atque ideo ex eo quod Ecclesia hoc votum ante pubertatem emissum irritari, non bene ducitur argumentum ad probandum fuisse quoque illud irritatum. Quare cum haec ex iure humano pendat, nec in illo inueniatur irritatum votum ordini sacro ante pubertatem accepto adnexum, non est dicendum censeri illud irritatum, eo quod eo iure irritetur professio ante pubertatem emissa.

10 Ex his primo deducitur, posse quoque irritari a patre, vel tutore, votum reale impuberis, emissum de peculio castrensi, vel quasi; ut si post ordines minores tunc assumptos aliquid, quod alias esset aduentitium, acquirat, quod iuxta veriore sententiam est, quasi castrense, vel habeat beneficium Ecclesiasticum (potest enim illud habere iuxta multorum sententiam decimo quarto aetatis anno incepto, cum tamen tunc sit impubes) cuius fructus sunt peculium quasi castrense. Et ita sentiunt uniuersi Doctores; & quamvis enim de hoc speciali casu non tractent, an nullum votum excipiant, cum tamen agentes de realibus impuberum votis, excipiant uniuersi votum de hoc peculio. Idem clarè indicat Azor. 2. 2. q. 88. art. 6. in difficultate, quam mouet circa quorundam consensionem. Et Corradus in suis responsis, q. 308. Aiant enim nequire a patre irritari votum reale de peculio castrensi, vel quasi, quando post pubertatem est factum; & ita a contrario sensu opinantur contrarium, quando factum est ante pubertatem. Et Suarez tom. 2. de religione; tractatu de voto, lib. 6. c. 6. num. 6. & 7. ait nullum impuberis votum excipi a potestate irritandi, etiam si sit non peccandi. Idem constat, quia dum est impubes, nequit illo modo de peculio castrensi, vel quasi disponere. Ut optime tradit Molina 10. 1. de iust. disp. 373. in initio, & disp. 230. colum. penultima, vers. Licet filius; & tomo 2. disp. 261. colum. 1. vers. Filiusfamilias. Et satis probatur ex l. finali, c. de test. militari ubi decernitur impuberem acquire de huiusmodi peculio tellari. At difficultus conceditur alienatio inter vivos, utpote, quae magis impubere nocet, quam testamenti concessio.

11 Secundo deducitur, quantumvis malitia aetatem impuberis suppleat, vota omnia ipsius posse a patre, vel tutore irritari. Quo nec iura, nec Doctores id distinguunt, sicut distinxerunt in aetate ad matrimonium petita. Quare non est credendum Palud. 3. d. 39. q. 3. quaestione. 2. ubi contrarium sentire videtur, modo impubes ille sit pubertati proximis, ait enim tunc ingressum religionem non posse a patre reuocari. Quem reprobauit hoc lib. 4. c. 18. num. 14. ubi retuli Doctores contra illum sentientes. Et in nostris terminis docet Suarez eod. c. 6. n. 7.

12 Imò, est tunc valide matrimonium inuenit malitia suppleat aetatem, aut dispensat Pontifice, ac Ecclesia benedictiones receperit, quodcumque votum etiam postea, durante tamen impubertate factum potest irritari a patre, vel tutore. Quia nec iura, nec Doctores distinguunt. Quod clarè sentit Glossa c. Mulier, vero. In domo 32. q. 2. puncto verbo Mulier, nam cum textus dicat vota emissa a muliere existente in patris domo posse ab ipso irritari, Glossa verbo Mulier, ait, idem, impubes; & statim verb. in domo, ait idem id est extra domum, quia est emancipata, dummodo minor sit, quod verbum, minor, videtur iuxta praemissa intelligi, id est, impubes. Ad quod etiam consent, nam cum l. regia 47. Tauri decidatur filiusfamilias per matrimonium secutus Ecclesiae benedictionibus eximi a patria potestate; & lib. 48. ex tunc patrem non habere usufructum in bonis eius aduentitiis etiam antea quaesitis, quae leges hodie sunt in lib. 5. noua recopil. tit. 1. l. 8. & 9. dicitur. At ex eo lib. 9. nu. 19. in initio, tunc impubere non egredi a patria potestate, nec acquirere usufructum; & quamvis non expicit, quando malitia suppleat aetatem valet matrimonium; at cum absolute loquatur, videtur etiam in hoc casu loqui. Quamvis Barza de decima inuocato c. 4. num. 20. quem pro se allegat, loquitur clarè, quando matrimonium impuberis non valet, Quippe hac ratione id probat, quod id impuberis matrimonium non valet. Atque idem dicendum est, quatercumque impubes ille sit emancipatus. Atque utrumque satis clarè colligitur ex Suarez, quem n. 9. retuli, ubi ait nullam proliis exceptionem esse in votis impuberum.

SUMMARIUM.

An pater, & curator possint personalia puberum vota irritare, praeter votum religionis? Resertur duplex sententia, numero 13. & 14. Explicatur sententia Auctoris, & soluntur contraria, n. 15. Quid, si ea vota personalia praedictant patria potestati? n. 16. Explicatur, quando dicantur patris potestati praedictantia, n. 17. An possint pater plura vota personalia filiusfamilias, quibus filiusfamilias irritare? num. 18. An haec possit integrè irritare, an auctoritate, quatenus sibi nocent? num. 19. An haec si vera irritatio ita, ut vota non reuocentur? num. 20. Post num. 20. inueniuntur alia summaria.

13 Quaestio secunda. An personalia puberum vota irritari valeant a patre? Quidam ajunt omnia irritari posse a patre, vel tutore praeter solum religionis votum. Ducuntur primo, quia iura numero 6. allegata negantia patri hanc potestatem, & loquuntur de solo religionis voto; & de hoc solo loquitur D. Thomaz, 2. 2.